

adoleseens antea visus, et ait : Certusne jam es, quod justo iudicio Deus mundum gubernet? Imò, inquam, Domine; at tu, oro rogoque, edue me de carcere isto, at merer fieri monachus, et inservire Domino Christo. Ipeque subridens: Adhuc semel, inquit, examini subijcietis, tum demum liberandus ab alio iudice; sed scito unum esse oculum omnia perstrantem. Post hæc anxius octo dies extraxi, donec novus iudex me in questionem productum agnovit et falsò accusatum dimisit. Ego vero sine morâ in montem ascendi, et me ad venerandi senis pedes projiciens, enarratis cunctis quæ acciderant, in monachum ab eo sum assumptus. Hæc de se aliquando proflixit S. Ephrem fratribus suis enarravit. Unde liquet, Deum nullum crimen relinque impunitum. Secundò, Deum praticare illud Christi: *In quâ mensurâ mensi fueritis, remetietur vobis*, Matth. 7, 2.

Moralia pulchra de utilitate tribulationis, quòdque ipsa doceat nos cognoscere primò Deum, secundò, nos ipsos nostramque fragilitatem, tertio, vanitatem mundi, omniumque ejus operum et honorum, habet hic Pererius n. 22 et sequent.

VERS. 22. — *EX SANGUIS EJUS EXQUIRITUR*. Putabant enim fratres Josephum in tam dirâ servitute, præ afflictione et moerore jam pridem esse mortuum; nec enim per viginti tres annos quidquam de eo inandierant. Sanguis ergo hic metonymicè ponitur pro effusione sanguinis, puta pro nec et morte: quævis enim occisio et mors violenta, etiamsi fiat vocatatione, submersione, confusione, alio modo, vocatur apud Hebræos effusio sanguinis, per synecdochen, et per catachresin; et quòd violenta mors creberrimè inferri soleat per effusionem sanguinis.

VERS. 23. — *SINEOX*. Unum Simeonem præ aliis ligat Josephus, quia in Simeone potissimum vendit Josephi culpa resedit, inquit Philo, Theodoret, et Gennadius. Si enim Simeon secundò genitus cum Rubeno primogenito, et Judâ, qui inter fratres gratiâ et dignitate præstabat, se conjunxisset, facilè hi tres suâ auctoritate alios fratres compescuissent et Josephum liberassent. Fortè etiam Simeon inter fratres insolentior et iniquior fuerat in Josephum: auid enim et insolens ejus indoles satis se prodidit in strage Sichemorum, Genes. 34, v. 25.

## CAPUT XLIII.

1. Interim farces omnem terram vehementer premebat.

2. Consumptisque cibis quos ex Ægypto detulerant, dixit Jacob ad filios suos: Revertimini, et emite nobis pauxillum escarum.

3. Respondit Judas: Denuntiavit nobis vir ille sub attestatione jurjurandi, dicens: Non videbitis faciem meam, nisi fratrem vestrum minimum adduxeritis vobiscum.

4. Si ergo vis eum mittere nobiscum, pergemus pariter, et ememus tibi necessaria.

5. Sin autem non vis, non ibimus; vir enim, ut sapè diximus, denuntiavit nobis, dicens: Non videbitis faciem meam absque fratre vestro minimo.

DATIS SUPRA CIBARIS IN VIAM, dato præter frumentum viatico, puta panibus, aliisque escis tam hominum quàm asinorum, ut frumentum integrum et intactum domum performeret ad patrem in Chanaan.

VERS. 29. — *NARRAVERUNT EI OMNIA*, ultrò et spontè, ne pater animi penderet, ubi mansisset Simeon; nam, ut prudenter ait Philo, *in casibus inopinatis levior est cognitio, quàm dubitatio; nam re cognitâ potest inveniri ad salutem aditus; hæsitatio nihil expedit*; verè poeta:

*Pejor est bello timor ipse belli.*

VERS. 35. — *EXTERRITISQUE SIMUL OMNIBUS*. Filii aperuerant saccos in viâ, sciebantque esse pecuniam inesse, pater verò nesciebat; sed filii coram patre simulant se quoque id ipsum nescire, ne à patre increpentur. Exterriti ergo hic sunt filii jam ante concepto, vel certè simulato et ficto timore; Jacob autem novè et vero metu percussus fuit, timens scilicet ne quid mali propter hanc pecuniam Simeoni, si non redirent; nisi redirent, ipsismet infligeretur à Josepho.

VERS. 36. — *DEUSQUE LIBERIS ME ESSE FECISTIS*. Dolentis vox ista est, inquit Abulensis, quia dolentes pro re modica faciunt propositiones universales, ut si pauca mala habeant, dicant se omnia habere, et si pauca bona eis desint, dicant sibi omnia desse; ita Jacob tres tantùm filios abfore sentiens, ex vehementiâ doloris dicit sibi omnes defuturos, cum tamen adhuc alii novem ei superessent. Dolor hic orichelur ex ingenti amore quo super omnes diligebat Josephum perditum, et Benjamin ab ducentum.

VERS. 37. — *DOS FILIOS MEOS INTERFICE*. Irrationalis, turbida, et plena passione est hæc oblatio Rubeni; occidere enim avo nepotes non licet, et si licuisset, non hoc ejus dolorem mitigasset, sed potius auxisset. Verùm voluit Ruben hæc incompositâ et irrationali propositione significare, se certo certius reducturum Benjaminum.

VERS. 38. — *DEDUCETIS CANOS MEOS CUM DOLORE AD INFEROS*. Id est, efficietis ut ego senex moerore et moestitiâ moriar; quinimò senio meo accelerabitis mortem. Ita Abulensis et Vatablus. Octava fuit hæc crux Jacobi.

## CHAPITRE XLIII.

1. Pendant la famine désolait extraordinairement tout le pays de Chanaan.

2. Et le blé que les enfants de Jacob avaient apporté d'Égypte étant consumé, Jacob leur dit: Retournez en Égypte, pour nous acheter encore un peu de blé.

3. Juda répondit: Celui qui commande en ce pays-là nous a déclaré sa volonté avec serment, en disant: Vous ne verrez point mon visage, à moins que vous n'ameniez avec vous le plus jeune de vos frères.

4. Si vous voulez donc l'envoyer avec nous, nous irons ensemble, et nous achèterons ce qui vous est nécessaire.

5. Que si vous ne le voulez pas, nous n'irons point; car cet homme, comme nous l'avons dit plusieurs fois, nous a déclaré que nous ne verrions point son visage, si nous n'avions avec nous notre jeune frère.

6. Dixit eis Israel: In meam hoc fecistis miseriam, ut indicaretis ei et aliam habere vos fratrem.

7. At illi responderunt: Interrogavit nos homo per ordinem nostram progeniem: si pater viveret; si haberemus fratrem; et nos respondimus ei consequenter iuxta id quod fuerat sciscitatus: nunquid scire poteramus quid diciturus esset: Adducite fratrem vestrum vobiscum?

8. Judas quoque dixit patri suo: Mitte puerum mecum, ut proficiscamur, et possimus vivere; ne moriamur nos et parvuli nostri.

9. Ego suscipio puerum; de manu meâ require illum, nisi reduxero et reddidero eum tibi, ero peccati reus in te omni tempore.

10. Si non interesset dilatio, jam vice alterâ venissemus.

11. Igitur Israel pater eorum dixit ad eos: Si sic necesse est, facite quod vultis; sumite de optimis terre fructibus in vas vestris et deferite viro munera; modicum resinæ, et mellis, et storacis, stactes, et terebintili, et amygdalarum.

12. Pecuniam quoque duplicem ferte vobiscum; et illam, quam invenistis in sacculis, reportate, ne fortè errore factum sit:

13. Sed et fratrem vestrum tollite, et ite ad virum.

14. Deus autem meo omnipotens faciat vobis eum placebilem; et remittat vobiscum fratrem vestrum quem tenet, et hunc Benjamin; ego autem quasi orabatur absque liberis ero.

15. Tulerunt ergo viri munera, et pecuniam duplicem, et Benjamin; descenderuntque in Ægyptum, et steterunt coram Joseph.

16. Quos cum ille vidisset, et Benjamin simul, præcepit dispensatori domus suæ, dicens: Introduce viros domum, et occide victimas, et instrue convivium, quoniam mecum sunt comesturi meridie.

17. Fecit ille quod sibi fuerat imperatum, et introduxit viros domum.

18. Ibi que exterriti, dixerunt mutò: Propter pecuniam, quam retulimus prius in saccis nostris, introducti sumus; ut devolvat in nos calumniam, et violenter subjiciat servituti, et nos, et asinos nostros.

19. Quamobrem in ipsis foribus accedentes, ad dispensatorem domus,

20. Loenti sunt: Oramus, domine, ut audias nos. Jam ante descendimus ut emeremus escas.

21. Quibus emptis, cum venissemus ad diversorium, aperuimus saccos nostros, et invenimus pecuniam in ore saccorum; quam nunc eodem pondere reportavimus.

22. Sed et aliud attulimus argentum, ut emamus que nobis necessaria sunt: non est in nostrâ conscientia quis posterit eam in marsupis nostris.

23. At ille respondit: Pax vobiscum, nolite timere; Deus vester, et Deus patris vestri, dedit vobis thesauros in saccis vestris; nam pecuniam, quam dedistis mihi, probatam ego habeo. Eduxitque ad eos Simeon.

24. Et introductis domum, attulit aquam, et laverunt pedes suos, deditque pabulum asinis eorum.

6. Israël leur dit: C'est pour mon malheur que vous lui avez appris que vous aviez encore un autre frère.

7. Mais ils lui répondirent: Il nous demanda par ordre toute la suite de notre famille: si notre père vivait: si nous avions encore un frère; et nous lui répondimes conformément à ce qu'il nous avait demandé. Pourquoi nous deviner qu'il nous dirait: Amenez avec vous votre jeune frère?

8. Juda dit encore à son père: Envoyez l'enfant avec moi, afin que nous puissions partir, et avoir de quoi vivre, et que nous ne mourions pas nous et nos petits enfants.

9. Je me charge de cet enfant, et c'est à moi que vous en demanderez compte. Si je ne le ramène et que je ne vous le rende, je consens que vous ne me pardonnerez jamais cette faute.

10. Si nous n'avions point tant différé, nous serions déjà revenus une seconde fois.

11. Israël leur père leur dit donc: Si c'est une nécessité absolue, faites ce que vous voudrez. Prenez avec vous des plus excellents fruits de ce pays-ci, pour en faire présent à celui qui commande en Égypte, un peu de résine, de miel, de storax, de myrrhe, de térébenthine et d'amandes.

12. Portez aussi deux fois autant d'argent qu'au premier voyage; et reportez celui que vous avez trouvé dans vos sacs, de peur que ce ne soit une méprise.

13. Enfin, menez votre frère avec vous, et allez vers cet homme.

14. Je prie mon Dieu, le Dieu Tout-Puissant, de vous le rendre favorable, afin qu'il renvoie avec vous votre frère qu'il tient prisonnier, et Benjamin que je vous confie. Cependant je demeurerai seul, comme si j'étais sans enfants.

15. Ils prirent donc avec eux les présents et le double de l'argent qu'ils avaient la première fois, avec Benjamin; et étant partis, ils arrivèrent en Égypte, où ils se présentèrent devant Joseph.

16. Joseph les ayant vus, et Benjamin avec eux, dit à son intendant: Faites entrer ces personnes chez moi; tuez les animaux les plus gras et les plus excellents, tels qu'on les choisit pour en faire des victimes; et préparez un festin, parce qu'ils mangeront à midi avec moi.

17. L'intendant exécuta ce qui lui avait été commandé, et les fit entrer dans la maison.

18. Alors étant saisis de crainte, ils s'entre-disaient: C'est sans doute à cause de cet argent que nous avons remporté dans nos sacs qu'il nous fait entrer ici, pour faire retomber sur nous ce reproche et nous opprimer en nous réduisant en servitude, et en assissant de nos ânes.

19. C'est pourquoi était encore à la porte, ils s'approchèrent de l'intendant de Joseph,

20. Et lui dirent: Seigneur, nous vous supplions de nous écouter. Nous sommes déjà venus une fois acheter du blé.

21. Et après l'avoir acheté, lorsque nous fûmes arrivés à l'hôtellerie, en ouvrant nos sacs, nous y trouvâmes notre argent que nous vous rapportons maintenant au même poids.

22. Et nous vous en rapportons encore d'autre, pour acheter ce qui nous est nécessaire; mais nous ne savons en aucune sorte qui a pu remettre cet argent dans nos sacs.

23. L'intendant leur répondit: Ayez l'esprit en repos; ne craignez point votre Dieu et le Dieu de votre père vous a donné des trésors dans vos sacs; car pour moi j'ai reçu l'argent que vous m'avez donné, et j'en suis content. Il fit sortir aussi Simeon de la prison, et le leur amena.

24. Après les avoir fait entrer dans la maison, il leur apporta de l'eau; ils se lavèrent les pieds, et il donna à manger à leurs ânes.

25. Illi verò parabant munera, donec ingrederetur Joseph meridiè : audierant enim quòd ibi comesturi essent panem.

26. Igitur ingressus est Joseph domum suam, obtuleruntque ei munera, tenentes in manibus suis, et adoraverunt pro illo in terram.

27. At illi, clementer resalutatis eis, interrogavit eos, dicens : Salvus est pater vester senex, de quo dixeratis mihi? Adhuc vivit?

28. Qui respondit : Sospes est servus tuus pater noster, adhuc vivit. Et incurvati adoraverunt eum.

29. Attollens autem Joseph oculos, vidit Benjamin fratrem suum uterinum, et ait : Iste est frater vester parvulus, de quo dixeratis mihi? Et rursùm : Deus, inquit, miserere tui, fili mi.

30. Fesinatitque, quia commota fuerant viscera ejus super fratre suo, et erumpebant lacrymæ; et introiens cubiculum levit.

31. Rursusque lotâ facie egressus, continuit se, et ait : Ponite panes.

32. Quibus appositis, seorsum Joseph, et seorsum fratribus, Ægyptiis quoque qui vescabantur simul, seorsim (illicitum enim est Ægypti comedere cum Hebraeis, et profanum putant hujusmodi convivium);

33. Sederunt coram eo, primogenitus juxta primogenita sua, et minimus juxta etatem suam. Et mirabantur nimis,

34. Sumptis partibus quas ab eo acceperant : majorque pars venit Benjamin, ita ut quinque partibus excederet. Biberuntque, et inebriati sunt cum eo.

## COMMENTARIUM.

VERS. 2. — PAUXILLEN ESCARUM, quod hinc anno levande fami nostræ sufficere. Nescibat Jacob adhuc quinquennium sterilitatis et famis superesse : hæc enim dixit et fecit Jacob anno secundo sterilitatis, ut patet c. 47, v. 9.

VERS. 3. — JUDAS, qui inter fratres animo prudentia, eloquentia et auctoritate excellat, inquit Philo.

SUB ATTESTATIONE JURISURANDI. Hebraicè est, *contestando contestatus est nos*, id est, denunciavit nobis adhibito juramento, dicens : *Per salutem Pharaonis, etc.*

NON VIDERITIS FACIEM MEAM. Non permittam vos mecum agere, aut quidquam emere in totâ Ægypto, tanquam exploratores vos puniam. Ita Abulensis.

VERS. 6. — IN MEAM HOC FECISTIS MISERIAM, non intendendo, sed occasione dando vesitis sermonibus hinc meæ miseria quâ meo Benjamin privor, vide cap. 20.

VERS. 7. — INTERROGAVIT NOS HOMO, etc., si HABEREMUS FRATREM. Vera refert Judas, ut patet c. seq. v. 19, licet hæc ipsa taceatur c. 42, v. 13; ibi enim summatim tantum res narratur; hic verò et seq. exactius et prolixius rem totam rei que gestæ ordinem enarrat fratres.

VERS. 8. — PUERUM. Fratrem natu minimum, alioqui Benjamin jam erat 24 annorum filiosque generat,

25. Cependant ils tinrent leurs présents tout prêts, attendant que Joseph entrât sur le midi, parce qu'on leur avait dit qu'il venait manger en ce lieu là.

26. Joseph étant donc entré dans sa maison, ils lui offrirent leurs présents qu'ils tenaient en leurs mains, et ils l'adorèrent en se baissant jusqu'en terre.

27. Il les salua aussi en leur faisant bon visage, et il leur demanda : Votre père, ce bon vieillard, dont vous m'avez parlé, vit-il encore ? se porte-t-il bien ?

28. Ils lui répondirent : Notre père, votre serviteur, est encore en vie, et il se porte bien. Et en se baissant profondément, ils l'adorèrent.

29. Joseph, levant les yeux, vit Benjamin son frère, fils de Rachel, sa mère, et il leur dit : Est-ce là le plus jeune de vos frères dont vous m'avez parlé ? Mon fils, ajouta-t-il, je prie Dieu qu'il vous conserve et vous soit toujours favorable.

30. Et il se hâta de sortir, parce que ses entrailles avaient été émus en voyant son frère, et qu'il ne pouvait plus retenir ses larmes. Passant donc dans une autre chambre, il pleura.

31. Et après s'être lavé le visage, il revint, se faisant violence; et il dit à ses gens : Servez à manger.

32. On servit Joseph à part, et ses frères à part, et les Égyptiens qui mangeaient avec lui furent aussi servis à part (car il n'est pas permis aux Égyptiens de manger avec les étrangers tels qu'ils étaient les Hébreux, et ils croient qu'un festin de cette sorte serait profane).

33. Ils s'assirent donc en présence de Joseph, l'aîné le premier selon son rang, et le plus jeune selon son âge. Et ils furent extrêmement surpris.

34. En voyant les parts qu'il leur avait données, de ce que la part la plus grande était échuë à Benjamin, car elle était cinq fois plus grande que celle des autres, et ils pensant qu'étant le plus jeune, cette marque de distinction lui convenait moins qu'à aucun de ses frères. Ils burent ainsi avec Joseph, et firent grande chère.

ut patet c. 46, v. 21; natus est enim Benjamin anno decimo sexto Josephi, qui ipse venditus est in Ægyptum; hæc autem contigerunt anno secundo sterilitatis, quo Joseph erat 59 annorum, et patet ex dictis, et ex c. 47, v. 9. Jam computa ab anno 16 Josephi ad 59 ejusdem, habebis 24 annos Benjaminii.

Totidem ferè annorum, puta 25, erat Isaac cum jussus est Abraham eum immolare : ita et Jacob hic suum Benjaminum eadem ætate cogit abdicare et resignare in manus Dei.

NE MORIAMUR, q. d. : *Compassio quam exhibemus puero, nobis omnibus erit causa interitus : jam enim peribimus, nisi eum nobiscum vitas*, ait S. Chrysost. hom. 64.

VERS. 9. — ERO PECCATI REUS IN TE OMNI TEMPORE, q. d. : *Quantum vivam, hoc mihi peccatum inpropere, et quamcumque voles, pecunia mihi infligere.*

VERS. 10. — SI NON INTERCESSISSET MILITIO, Nisi fuisset injecta ista mora quâ remoratus es nos, negando nobis comitatum Benjamin.

VERS. 11. — SCIMIT DE OPTIMIS TERRÆ FRUGIBUS. Hebraicè est, *scimit de cantione terre*, cantio hebraicè vocatur res prestant, nobilis, laudabilis et delectanda.

RESINE. Id est, theriace, inquit Judæi, sed peraram : resina enim est succus fluens ab arbore : jam

varie sunt arbores quæ resinam oant. in Judæa et Syria resinam dat arbor quæ vocatur ferula, cujus succus sive resina vocatur galbanum, inquit Dioscorid. lib. 5, cap. 81, et ex eo Abulensis. Vide et Plinium lib. 12, c. 25, in fine; faret et Josephus, nam in eo pro galbano, legendum videtur galbano.

STORACH. Storax lacryma est arboris quæ styrax dicitur, de quâ Dioscorid. lib. 1, c. 78, et Plinius lib. 12, 25 : ex ea fit unguentum styracium, quod capillis non tantum hono odore, sed et colore flavo inbut.

STACTES. Stacte lacryma est myrrhæ; puta liquor myrrhæ purissimus et subtilissimus.

TREBINTHUM. Terebinthus hic est resina, vel succus, qui ex arbore terebinthi distillat; vulgò termentina vocatur.

VERS. 14. — EGO AUTEM QUASI ORBATUS ABSQUE LIBERIS ERO. Interea dum vos omnes absentes eritis, videbor mihi esse orbis; et fortè reipsa nonnullis, aut etiam omnibus vobis in hoc itinere orlabor.

Discant hic parentes suas spes et gaudia non collocare in filiis. Ecce Jacob in senio, cum liberis frui putabat, iis orlabor. Adde, dum filii adolesunt, sæpè cum ætate crescent simul et eorum vitia, et parentum curæ. Discant secundo fideles nulli rei mundanae inhi, sed toti à Deo pendere. Ecce Jacob subtrahit quiddam dilexerat, scilicet Rachel, Joseph, Benjamin, ut ab iis amorem avocet et in Deum transferat. Discant tertio adversis non frangi, quia tunc felicitas est proxima, cum miserrimi videntur. Sic enim Jacob hic afflictus, mox omnibus malis eripitur. Cum ergo derelictus et perditus videris, animos sume, scito prosperam fortunam stare ante januam tibi que imminere. Ecce enim Dominus ex alto nos aspicit, certantes in-teatur et corroborat, atque præmia disponit et præparat, ut ipse dixit S. Antonio à demonibus mirè vexato.

VERS. 16. — OCIDE VICTIMAS, ET INSTRUE CONVIVIUM. Victimæ vocantur hic et alibi animalia, puta oves, vituli, capones, pisces jugulati non ad sacrificium, sed ad convivium : hebraicè enim est *tebach tebach*, id est, macta mactationem, hoc est, macta animalia mactanda ad epulum. Adde, hæc animalia vocari quoque victimas, respectu ipsius sacrificii : veteres enim inter epulas sacrificabant. Id de Judæis patet Exodi 12, ubi in ultimâ suâ cœnâ, quam peregerunt in Ægypto, immolarunt et comederunt agnum paschalem. Ita fecit et Christus in ultimâ suâ cœnâ cujus epulum sacrum, pariter et sacrificium fuit Eucharistia.

De gentilibus idem patet ex Athenæo, Macrobio, Virgilio, Homero. Erant enim sacrificia quasi sacre epule, in quibus Deus cum hominibus epulabatur; ideoque vocantur victimæ.

VERS. 25. — PAX VOBISCU. Ne timeatis, ego securus vos esse jubeo.

DEUS DEDIT VOS, per me, cui id, Deo inspirante, jussit Joseph.

Discant hic rectores et principes quomodo in Josepho honores non mutant merces, sed in summo fastigio

pristinam retineant comitatem cum maturitate conjunctam. Discant singuli ubique et in omnibus Josephum virtutum semina spargere : fuit enim ipse innocens in domo patris, patiens in adversis, fideis in servitio, castus in tentatione, sapiens in occultorum reservatione, prudens in futurorum provisione, justus in fratrum castigatione, et nunc pius in ipsorum susceptione.

Ita Villegius, teste Nauclero, Zieglero et aliis, pater Rhedore natus, ab Othone III, subito primus inter Electores adoptus, ne se confirmat, sibi crebro suggererat. Vide quis sis, memento quis furis. Unde et rotas suo musco appingi curavit, iisque subscribi : *Villegie, prioris fortuna memor, quis nunc sis considera*. Hæc rota postmodum insigne archiepiscopatum Moguntino fuit, atque ab Henrico imp. confirmatum.

Benedictus XI, ex paupere creatus pontifex, cum matrem à matronis Romanis splendidiore cultu ornatum ad se venientem videret dissimulavit se eam agnoscere, ac monitus adesse matrem : *Egone, ait, matrem tam specioso amictu esse credam? non agnosco, matrem enim et pauperem scio et ignobilem*. Exiit ergo ipsa vestes sericas ac suas pannosas induit : tunc Pontifex eam amplexatus : *Hoc habui, inquit, matrem reliqui, et eam liberet agnosco recipio*.

Franciscus rex captus à Carolo V scripsit in pariete : *Hodie mihi, cras tibi*. Subscriptis Carolus : *Homo sum, nihil humani à me alienum puto*.

Gilmer Wandalorum rex captus et ductus à Justiniano in triumphum, risit dixitque : *Rideo fortune vicissitudines, ut qui modo rex fuerim, jam sericum*.

THESAURO. Pecuniam in saccis vestris occultâ à me reconditam; hæc enim hebraicè vocatur *matmon*, chaldaicè *manmon* et *manmona*, à radice *tanan*, id est, abscondit, recondidit.

PECUNIAM QUAM BEDIISTIS MIHI, in pretium frumenti quod à me emistis.

PROBATAM EGO HABEO. Hebraicè est, *Pecunia vestra venit ad me*, q. d. : *Ego illam accepiße me fateor, et licet eandem occultè vobis reddiderim, acceptam tamen aestimo et computo, et perinde ac si cum habere reputo*.

VERS. 24. — LAVARENT PEDES VOS. Hinc rursùm patet hospitibus olim ante mensam pedes lavari solitos, idque tam in prandio quam in cœnâ : fuit enim hoc Josephi convivium prandium, non cœna, ut patet v. seq. Sic serva Abrahæ hospiti apud Bathem loti sunt pedes, supra c. 24, v. 52.

VERS. 29. — VIDIT BENJAMIN. Viderat prius, sed obiter et dissimulanter, nunc ex professo cum intuetur et alloquitur. Unde hic aspectus lacrymas teneri amoris et pietatis illi excussit.

VERS. 30. — FESTINAVITQUE, quasi ad aliud negotium evocatus.

VERS. 32. — ILLICITUM EST ENIM ÆGYPTIS COMEDERE CUM HEBRÆIS. Primò, quia Ægyptii partim ex superbiâ, partim ex superstitione aversabantur pastores et pecuarios, quales erant Hebræi. Secundò, quia oves, vituli, boves quibus vescabantur Hebræi, erant dii Ægyptiorum, quæ proinde occidere aut comedere eis

non licet, Exodi 8, v. 26, non quod in hoc convivio talia essent apposa; sed quod scirent Hebraeos talibus vesci solere.

VERS. 55.—SEDERUNT. Hinc patet morem sedendi in mensa esse antiquissimum: mos enim accumbendi, vel discumbendi, longe posterius cepit.

PRIMOGENITUS JUXTA PRIMOGENITA SUA, q. d.: Primo-genitus, puta Ruben, primo loco sedit. Secundo genitus, puta Simeon, sedit secundo loco, tertius tertio; ultimo genitus, puta Benjamin, sedit ultimo. Videtur Joseph ipse hunc fratris singulis dedisse ordinem, eosque per suum oeconomum hoc ordine evocasse et collocasse in mensa, ideoque ipsi mirati sunt undenam ipse sciret eorum et ordinem singulorum.

ET MIRABANTUR NIMIS, tum ob ordinem singulis in mensa appositae, juxta aetatem assignatum; tum ob humanitatem Josephi, quia e sua paropside singulis mittebat suam partem summeque munus, ita tamen ut Benjamin minimis ceteris amplius acciperet, uti sequitur.

VERS. 54.—SCRIPTIS PARTIBUS QUAS AB EO ACCEPERANT. Hebraea clarius significant quod Joseph e sua mensa partem suorum fereulorum, honoris causa, miscrit ad singulos fratres in alia mensa consistentes.

UT QUINQUE PARTIBUS EXCEDERET, Videtur ergo Joseph quinque ferecula amplius Benjamin quam ceteris misisse; licet Josephus et Abulensis putent Josephum singulis fratribus misisse quinque ferecula, sed ita ut Benjamin in singulis acciperet duplam portionem. Alii putant quod una eademque portio data sit singulis, sed Benjamino quintuplo major et grandior.

Verum prius quod dixi magis significant Hebraea. Voluit Joseph hac ratione prae aliis honorare Benjaminum, utpote fratrem suum uterinum: ejus rei symbolicum dat causam Alexander Polyhistor, apud Enseb. lib. 9, c. ult. Quia, inquit, Lia septem pepererat proles, Rachel duas tantum: ne itaque Rachel minor videatur esse Lia, hinc Joseph in filio ejus Benjamin, quinque ei partes addit, ut sic eam Lia aequaret. Sicut enim Lia quinque prolibus Rachelem, ita Benjamin, et consequenter Rachel suos fratres ipsamque Liam eorum matrem, quinque partibus sive missibus superabat in hac mensa Josephi.

Allegoricè Benjamin est S. Paulus ex tribu Benjamin oriundus, qui prae aliis Apostolis sapientia, gratia,

#### CAPUT XLIV.

1. Praecipit autem Joseph dispensatori domus suae, dicens: Imple saccos eorum frumento, quantum possunt capere, et pone pecuniam singulorum in summitate sacci.

2. Scyphum autem meum argenteum, et pretium quod dedit tritici, pone in ore sacci junioris. Factumque est ita.

3. Et orto mane, dimissi sunt cum asinis suis.

4. Jamque urbem exierant et processerant paululum: tunc Joseph, accessit dispensatore domus: Surge, inquit, et persequere viros; et apprehensis dicit: Quare reddidistis malum pro bono?

5. Scyphus, quem furati estis, ipse est in quo bi-

facundia, efficacia et zelo à Deo dotatus est; ita S. Ambros. et Prosper. Deducitur Benjamin, ait Ambros. lib. de Joseph c. 9, et bonis odoribus conitatus advenit portans secum resinam, etc. Talis enim Pauli praedicator, ut putrem aboleret affectum corruptivum etuacaret inmorem disputationis suae aculeo, verere magis agra mentis viscera cupiens, quam seare. Incensum orationis, et casiam et guttam sepulturae insignia esse David nos docuit dicens: Myrrha, et gutta, et casia à vestimentis. Veni enim Paulus crucem Domini predicare. Et cap. 10: Ideo in convivio pars ejus quintupliciter major effecta est, quod haberet superioribus anteferi non solum mentis prudentia, sed etiam militia corporis et gratia castitatis.

ET INEBRIATI SUNT. Satiati sunt, ex hilarati sunt, mero incaleverunt, citra tomen crapulam aut temulentiam: hanc enim continens et sanctus Joseph in sua mensa non permisisset, nec hac recarentur homines, sed, ut ait S. Aug., se mergunt diluvio. Audi Plinium, lib. 14, c. 22: Ex vino, inquit, et ebrietate oritur pallor et genera periculosa, a. ulorum ulcera, tremula manus, labantesque pedes, et furiales somni, et inquietas nocturna, praenuntioque summum ebrietatis portentosus libido, ac juvenum nefas. Postera die ex re halitus facti, ac ferè omnium oblitio, morsque memoriae, prudentiae et mentis. Adde damna temporis, pecuniae et conscientiae, de quibus dixi c. 19, in fine.

Præclare Alphonsus Aragonie rogatus cur adeo ebrietatem detestaretur, respondit: Quia scio furorem et libidinem ejus filius esse; scio quantum gloriae Alexandri Magni obfuerit ebrietas.

Ebrietas ergo haec fuit leta et largior vini potatio quae mens non obruebatur, sed exhilarabatur; ita S. Hieron., August. et Philo. Unde Graecum *πρωτος*, id est, inebriari, dicitur quasi *πρωτος εβριος*, quia post sacra veteres laeti indulgebant poculis, vel potius *εβριος εβριος*, id est, à remissione et relaxatione animi, etiam sapientis, quae fit per suavitatem et hilaritatem vini paulo copiosius hausti. Ita Eustathius ex Athenaeo.

Appositè dixit Anacharsis in vite esse tres botros, et tres calices. Primus, inquit, catix bibitur sanitate, secundus voluptatis, tertius ebrietatis, injuriae et insanitiae.

Sperne voluptates, nocet empta dolore voluptas; aeternas delicias expecta, rumina illud: *Lactatus sum in his quae dictae sunt mihi: In domum Domini ibimus.*

#### CHAPITRE XLIV.

1. Or, Joseph, voulant connaître dans quelles dispositions étaient ses frères à l'égard de Benjamin, donna cet ordre à l'intendant de sa maison, et lui dit: Mettez dans les sacs de ces personnes autant de blé qu'ils en pourront tenir, et l'argent de chacun à l'entrée du sac;

2. Et mettez ma coupe d'argent à l'entrée du sac du plus jeune, avec l'argent qu'il a donné pour le blé. Cet ordre fut donc exécuté.

3. Et le lendemain dès le matin, on les laissa aller avec leurs ânes chargés.

4. Lorsqu'ils furent sortis de la ville, comme ils n'avaient fait encore que peu de chemin, Joseph appela l'intendant de sa maison et lui dit: Courez vite après ces gens, arrêtez-les, et leur dites: Pourquoi avez-vous rendu le mal pour le bien?

5. La coupe que vous avez dérobée est celle dans

hit dominus meus, et in quo augurari solet; pessimam rem fecistis.

6. Fecit ille ut jusserat; et apprehensis per ordinem locutus est.

7. Qui responderunt: Quare sic loquitur dominus noster, ut servi tui tantum flagitii commiserint?

8. Pecuniam, quam invenimus in summitate saccorum, reportavimus ad te de terrâ Chanaan; et quomodo consequens est ut furati simus de domo domini tui aurum vel argentum?

9. Apud quemcumque fuerit inventum servorum tuorum quod queris, moriatur, et nos erimus servi domini nostri.

10. Qui dixit eis: Fiat juxta vestram sententiam: apud quemcumque fuerit inventum, ipse sit servus meus, vos autem eritis innoxii.

11. Itaque festinât deponentes in terram saccos, aperuerunt singuli.

12. Quos scrutatus, incipiens à majore usque ad minimum, invenit scyphum in sacco Benjamin.

13. At illi, scissis vestibus, oneratisque rursus asinis, reversi sunt in oppidum.

14. Primusque Judas cum fratribus ingressus est ad Joseph (necdum enim de loco abierat), omnesque ante eum pariter in terram corruerunt.

15. Quibus ille ait: Cur scis agere voluistis? an ignoratis quod non sit similis mei in augurandi scientiâ?

16. Cui Judas: Quid respondimus, inquit, domino meo? vel quid loquamur, aut justè poterimus obtemperare? Deus invenit iniquitatem servorum tuorum; in omnes servi sumus domini mei, et nos, et apud quem inventus est scyphus.

17. Respondit Joseph: Absit à me ut sic agam; qui furatus est scyphum, ipse sit servus meus; vos autem abite liberi ad patrem vestrum.

18. Accedens autem propius Judas, confidenter ait: Oro, domine mi, loquatur servus tuus verbum in auribus tuis, et ne irascaris famulo tuo: tu es enim post Pharaonem,

19. Dominus meus. Interrogasti prius servos tuos: Habetis patrem aut fratrem?

20. Et nos respondimus tibi domino meo: Est nobis pater senex, et puer parvulus qui in senectute illius natus est, cujus uterinus frater mortuus est; et ipsum solum habet mater sua, pater verò tenerè diligit eum.

21. Dixistique servis tuis: Adducite eum ad me, et ponam oculos meos super illum.

22. Suggestimus domino meo: Non potest puer relinquere patrem suum; si enim illum dimiserit, morietur.

23. Et dixisti servis tuis: Nisi venerit frater vester minivus vobiscum, non videbitis amplius faciem meam;

24. Cum ergo ascendissemus ad famulum tuum patrem nostrum, narravimus ei omnia quae locutus est dominus meus.

25. Et dixit pater noster: Revertimini, et emitte nobis parim tritici.

laquelle mon seigneur boit, et dont il se sert pour deviner; vous avez fait une très-mauvaise action.

6. L'intendant fit ce que lui avait été commandé, et les ayant arrêtés, il leur dit tout ce qui lui avait été ordonné de leur dire.

7. Ils lui répondirent: Pourquoi mon seigneur parlo-t-il ainsi à ses serviteurs, et les croit-il capables d'une action si honteuse?

8. Nous vous avons rapporté du pays de Chanaan l'argent que nous trouvâmes à l'entrée de nos sacs. Comment donc se pourrait-il faire que nous eussions dérobé et enlevé de la maison de votre seigneur de l'or ou de l'argent?

9. Que celui de vos serviteurs, quel qu'il puisse être, à qui l'on trouvera ce que vous cherchez, meure, et nous serons esclaves de mon seigneur.

10. Il leur dit: Je pourrais exiger ce que vous prononcez contre vous-mêmes soit exécuté; mais je n'en demande pas tant; je demande seulement que quiconque se trouvera avoir pris ce que je cherche, soit mon esclave; et pour vous, vous serez innocents, et vous vous en irez en paix.

11. Ils déchargèrent donc aussitôt leurs sacs à terre, et chacun ouvrit le sien.

12. L'intendant les ayant fouillés, en commençant depuis le plus grand jusqu'au plus petit, trouva la coupe dans le sac de Benjamin.

13. Alors ayant déchiré leurs vêtements et rechargé leurs ânes, ils revinrent à la ville.

14. Juda se présenta le premier avec ses frères devant Joseph, qui n'était pas encore sorti du lieu où il était, et ils se prosternèrent tous ensemble à terre devant lui.

15. Joseph leur dit: Pourquoi avez-vous agi ainsi avec moi? ignorez-vous qu'il n'y a personne qui m'égalé dans la science pour deviner les choses secrètes, et que ainsi votre vol ne pourrait m'être caché?

16. Juda lui dit: Que répondrons-nous à mon seigneur? que lui dirons-nous, et que pouvons-nous lui représenter avec quelqu'ombre de justice pour notre défense? Dieu a trouvé l'iniquité dans les mains de vos serviteurs. Nous sommes tous les esclaves de mon seigneur, nous et celui à qui on a trouvé la coupe.

17. Joseph répondit: Dieu me garde d'agir de la sorte. Que celui qui a pris ma coupe soit mon esclave; et pour vous autres, allez en liberté trouver votre père.

18. Juda s'approchant alors plus près de Joseph, lui dit avec assurance: Mon seigneur, permettez, je vous prie, à votre serviteur de vous dire un mot, et ne vous mettez pas en colère contre votre esclave; car, après Pharaon,

19. C'est vous qui êtes mon seigneur. Vous avez demandé d'abord à vos serviteurs: Avez-vous encore votre père, ou quelqu'autre frère?

20. Et nous vous avons répondu: Mon seigneur, nous avons un père qui est vieux; et un jeune frère qui n'a eu dans sa vieillesse, dont le frère qui était de la même mère est mort; il ne reste plus que celui-là, et son père l'aime tendrement.

21. Vous dites alors à vos serviteurs: Amenez-le-moi, je serai bien aise de le voir.

22. Mais nous vous répondimes: Mon seigneur, cet enfant ne peut quitter son père; car s'il le quitte, il le fera mourir de douleur.

23. Vous dites à votre serviteur: Si le dernier de vos frères ne vient avec vous, vous ne verrez plus mon visage.

24. Lors donc que nous fûmes retournés vers notre père, votre serviteur, nous lui rapportâmes tout ce que vous avez dit, mon seigneur.

25. Et notre père nous ayant dit quelque temps après: Retournez en Egypte pour nous acheter encore un peu de blé,

26. Cui diximus: Ire non possumus; si frater noster minimus descendit nobiscum, proficiemus simul; alioquin illo absente, non audeamus videre faciem viri.

27. Ad que ille respondit: Vos scitis quod duos genuerit mihi uxor mea;

28. Egressus est unus, et dixistis: Bestia devoravit eum; et hucusque non comparet.

29. Si mileritis istum, et aliquid ei in viâ contigerit, deducetis canos meos cum morere ad inferos.

50. Igitur si intravero ad servum tuum patrem nostrum, et puer defuerit (cùm anima illius ex hujus animâ penderet).

51. Viderique eum non esse nobiscum, morietur, et deducet famuli tui canos ejus cum dolore ad inferos.

52. Ergo propriè servus tuus sim, qui in meam hunc recepi fidem, et spondoni dicens: Nisi reduxero eum, peccati reus ero in patrem meum omni tempore.

53. Manebo itaque servus tuus pro puero in ministerio domini mei, et puer ascendat cum fratribus suis.

54. Non enim possum redire ad patrem meum, absente puero: ne calamitatis, que oppressura est patrem meum, testis assistam.

VERS. 2. — SCYPHUM, etc., PONE IN ORE SACCI JUNIORIS, Benjamin. Fecit hoc Joseph, ut hæc ratione pertentaret animos fratrum, nùm inviderent Benjamin, tanquam Rachelis filio, tanquam ei, qui quintuplo majores partes in convivio acceperat, ut videret, si invidiam hanc persentisceret per fratrum silentium et neglectum Benjamin, eum apud se teneret, ne quid in viâ fratres contra eum, uti olim contra se fecerant, molirentur. Sin verò amorem fratrum, per anxietatem et curam eum liberandi, ostenderent, eundem cum eis dimitteret. Ita Philo, Josephus, S. Chrysost., Theodor.

VERS. 5. — SCYPHUM QUEM FURATI ESTIS. Nota: Joseph justè potuit suos fratres punire, hunc metum et terrorem eis incutiendo, ob scelus in se commissum; ut hæc afflictione in se reversi, peccatum suum agnoscerent, uti reipsi fecerunt, inquit S. August. Benjaminum tamen ita affligere non potuit. Unde levis hic et venialis in eum fuit calumnia quæ ei furtum scyphi impegit; verùm ea in bonum Benjamin fuit concinnata, ut dixi v. 2, fuitque ea modicè temporis, quam mox se patefacendo maximâ lætitiâ maximisque beneficiis compensavit. Fuit quoque hæc mendacium; nam Joseph hæc non dixit tentando et interrogando, ut dixi illa c. 24, v. 9, sed omninò asserendo. Fuit tamen hoc mendacium jocosum, non perniciosum. Quod ergo S. August. qu. 125 conatur Josephum excusare à mendacio, intellige de serio et noxiò.

Symbolicè sicut Joseph cùm lusit cum Benjamin, quem initio quasi furem premere ac vincire velle se simulavit; postea verò totum id joco factum ostendit, eumque amplexans cæteris fratribus prelatit. Ita Deus

26. Nous lui répondimes: Nous ne pouvons y aller seuls: si notre jeune frère y vient avec nous, nous irons ensemble; mais à moins qu'il ne vienne, nous n'osons pas nous présenter devant celui qui commande en ce pays-là.

27. Il nous répondit: Vous savez que j'ai eu deux fils de Rachel ma femme.

28. L'un d'eux étant allé aux champs, vous m'avez dit qu'une bête l'avait dévoré; et il ne paraît point jusqu'à cette heure.

29. Si vous emmenez encore celui-ci, et qu'il lui arrive quelque accident dans le chemin, vous accablerez ma vieillesse d'une affliction qui la conduira dans le tombeau.

50. Si je me présente donc à mon père votre serviteur, et que l'enfant n'y soit pas, comme sa vie dépend de celle de son fils,

51. Lorsqu'il verra qu'il n'est point avec nous, il mourra; et vos serviteurs accablent sur sa vieillesse d'une douleur qui le mènera au tombeau.

52. Que ce soit donc plutôt moi qui sois votre esclave, puisque je me suis rendu caution de cet enfant, et que j'en ai répondu à mon père, en disant: Si je ne le ramène, je veux bien que mon père n'impute cette faute, et qu'il ne me la pardonne jamais.

53. Et ainsi je demeurerai votre esclave, et je servirai mon seigneur en la place de l'enfant, afin qu'il retourne avec ses frères.

54. Car je ne puis pas retourner vers mon père, sans que l'enfant soit avec nous, de peur que je ne sois témoin de l'extrême affliction qui accablera notre père.

## COMMENTARIUM.

agit cum humilibus: contemni illos patitur, affligi, vexari; sed hi humiliter et patienter ea ferant, blandiunt eis eosque evehet, ut tantò fiant gloriosiores quanto fuere abjectiores. Ludus ergo Dei est humilitas.

IN QUO AUGURARI SOLET. Septuag.: In quo augurio auguratur. Perperam ergo vertit R. Kimchi: Pro quo augures consulit.

Tradit Julius Sirenus lib. 9 de Fato c. 18, Ægyptios et Assyrios pelves (sic et scyphos, ut videtur) aquâ replere, deinde certis verbis demonem advocare solitos, ac tum demonem instar sibi ex aquis edidisse responsa ad ea de quibus consulebatur. Rursùm, demon subinde in aquâ exprimebat speciem, vel imaginem rei, vel auctoris qui querebatur, uti et jam divini nostri auctorem furti, suis incantationibus in aquâ representant et excolunt.

Dices: Ergone Joseph talem hæc se proficitur magum et divinum? Affirmat Calvinus, ideòque cum gravi simulatione contra religionem precassè asseverat. Sed quis hoc credat de Josepho, qui Propheta fuit piissimus ac sanctissimus? Respondet itaque S. August. Josephum hic loqui non seriò, sed joculariter; sic enim videtur loqui v. 15. Secundo, Theodor. vult Josephum loqui interrogativè, non assertivè. Tertio, D. Thomas vult Josephum loqui non ex suâ, sed Ægyptiorum opinione, qui Josephum verè putabant esse augurem. Sed hæc non satis faciunt huic versui et contextui.

Dico ergo: Pro augurari, hebraicè est *nachas*, quod significat presagire et divinare sive augurio, sive naturalis sagacitate, puta conjectare, rimari et indagare.

Unde Chaldeus et Aben Esra vertunt, *probare* Joseph ergo hoc scypho, eum vino plenum hospitibus suis propinando, naturaliter divinabat et explorabat hospitum suorum temperantiam, prudentiam et arcana cordis (in vino enim est veritas), et hæc explorabat quis fratrum in Benjaminum esset animus, ut dixi vers. 2. Sinebat tamen ipse fratres suos falli, ut putaret se verè et propriè esse augurem, ideòque verbo ambiguo usus est.

Sic *augurium* pro conjectatione capit Plinius lib. 7, epist. ad Corn. Tacitum, cùm ait: *Auguror, nec me fallit augurium historiarum tuas immortales fore.* Sic Arist. problem. 9, sect. 35, sternutamentum vocat sacrum augurium sanitatis capitis: quia scilicet signum est capiti bene valere, posse concoquere et excernere superfluos et noxios humores; cùm enim capitis calor humorem spiritumque extraneum crudum et ventosum pervincit et expellit, tunc moveri solet sternutamentum.

VERS. 13. — QUOD NON SIT SIMILIS MEI IN AUGURANDI SCIENTIA. *Augurandi*, id est, divinandi et conjectandi; hoc enim est hebræum *nachas*, ut dixi v. 5, q. d.: Cùm Pharaon totaque Ægyptus me ut augurem, id est, prophetam et divinum agnoscat et colat, quomodo vos soli in hoc furto potastis vos me inquam divinationem posse latere?

VERS. 14. — DEUS INVENT PECCATUM NOSTRUM. Aliqui cum S. August. intelligunt peccatum venditionis Josephi, q. d.: Quia nos Josephum in servitutem vendidimus, hinc justè nunc subdimur servituti. Hoc in corde suo sentire potuit Judas, verum exterius ipsi Josepho de hoc peccato non loquitur, sed de peccato furti scyphi; de eo enim accusabat eos Joseph; unde de eodem Judas respondit,

## CAPUT XLV.

1. Non se poterat ultra cohibere Joseph multis coram astantibus: unde præcepit ut egredierentur cuncti foras et nullus interesset alienus agnitioni mutue.

2. Elevavitque vocem cum fletu; quàm audierunt Ægyptii omnisque domus Pharaonis.

3. Et dixit fratribus suis: Ego sum Joseph: adhuc pater meus vivit? Non poterat respondere fratres nimio terrore perterriti.

4. Ad quos ille clementer: Accedite, inquit, ad me. Et cum accessissent propè: Ego sum, ait, Joseph, frater vester, quem vendidistis in Ægyptum.

5. Nolite pavere, neque vobis durum esse videatur quòd vendidistis me in his regionibus; pro salute enim vestra misit me Deus ante vos in Ægyptum.

6. Biennium est enim quòd cepit fames esse in terrâ; et adhuc quinque anni restant, quibus nec arari poterit nec meti.

7. Præmisit me Deus ut reservemini super terram, et escas ad vivendum habere possitis.

8. Non vestro consilio, sed Dei voluntate, hæc misit sum: qui fecit me quasi patrem Pharaonis, et

illud agnosendo. Videtur ergo Judas putasse et suspicatus esse quòd Benjamin verè furatus esset scyphum, præsertim cùm Benjamin deprehensus taceret nec se defenderet. Aut certè in re accipiti et dubiâ maluit Judas peccatum fratri abscribere et humiliter veniam precari, itaque iram Joseph lenire quam eandem magis concitare Benjaminum excusando, et vel expressè vel tacitè culpam in Josephum ejusque famulos retorquendo eisque fraudem, dolum et calumniam impingendo. Ex eo enim quòd scyphus inventus erat in sacco Benjamin, presumpcio furti erat de Benjamin; ita Abulensis. Verè S. August. sent. 118: *Melior est, inquit, in malis humilis confessio quam in bonis superba gloriatio.*

Quare rogatus anachoreta quam potissimum ad cælum viam invenisset, respondi: *Si se homo semper accuset; testis est B. Dorotheus doctrin. 7. Ita S. Catharina Senensis, aliique humiles et illustres sancti, ad omnia mala, que sibi, proximis, aut reipub. eveniunt, dicere solent: Mei culpa hoc malum accidit.*

VERS. 20. — IPSUM SOLUM HABET MATER SUA. Ipse solus ex matre superest; hebraicè, *remanet solus maritris sue*, quòd etiam de mortuâ dici potest; mortua enim jam erat Rachel mater Benjamin.

VERS. 21. — PONAM OCULOS MEOS SUPER ILLUM. Benjamin eum aspiciam, benevolus illi ero, favebo, et fovebo illum; unde Septuag. vertunt: *Curam illius habebo.*

VERS. 50. — AXIMA. Vita patris pendet ex vitâ filii; si enim moriatur vel auferatur filius, morietur pater per trisistia.

VERS. 52. — EGO PROPRIE. Ego peculiaris tibi servus sim; qui et robore et usu rerum tibi utilior ero quam puer Benjamin.

## CHAPITRE XLV.

1. Joseph ne pouvait plus se retenir; et parce qu'il étoit environné de plusieurs personnes, il commanda que l'on fit sortir tout le monde, afin que nul étranger ne fût présent lorsqu'il se feroit connaître à ses frères.

2. Alors les larmes lui tombant des yeux, il éleva fortement la voix, qui fut entendue des Égyptiens, et de toute la maison de Pharaon.

5. Et il dit à ses frères: Je suis Joseph; mon père vit-il encore? Mais ses frères ne purent lui répondre, tant ils étoient saisis de frayeur.

4. Il leur parla donc avec douceur, et leur dit: Approchez-vous de moi. Et s'étant approchés de lui, il ajouta: Je suis Joseph, votre frère, que vous avez vendu à des marchands qui m'ont amené en Égypte.

5. Ne craignez point de ce que vous m'avez vendu, pour être conduit en ce pays-ci, car Dieu l'a permis ainsi pour votre bien, et il m'a envoyé en Égypte avant vous pour votre salut.

6. Il y a déjà deux ans que la famine a commencé sur toute la terre, et il en reste encore cinq, pendant lesquels on ne pourra ni labourer utilement la terre, ni en recueillir les fruits nécessaires pour se nourrir.

7. Mais Dieu m'a fait venir ici avant vous, pour vous conserver la vie, et afin que, par mon moyen, vous puissiez avoir des vivres pour subsister.

8. Ce n'est point par votre conseil que j'ai été envoyé ici, mais par la volonté de Dieu, qui m'a rendu comme le père de Pharaon, le grand-maître de sa maison, et le prince de toute l'Égypte. Ne vous

dominium universæ domus ejus, ac principem in omni terrâ Ægypti.

9. Festinate et ascendite ad patrem meum, et dicitis ei : Hæc mandati filius tuus Joseph : Deus fecit me dominium universæ terre Ægypti ; descende ad me, ne moreris :

10. Et habitabis in terrâ Gessen ; erisque juxta me tu, et filii tui, et filii filiorum tuorum, oves tuæ, et armenta tua, et universa quæ possides.

11. Bique te pascam (adhuc enim quinque anni residui sunt famis). ne et tu percas, et domus tua, et omnia quæ possides.

12. Et oculi vestri, et oculi fratris mei Benjamin, vident quòd os meum loquatur ad vos.

13. Nuntiata patri meo universam gloriam meam, et cuncta quæ vidistis in Ægypto : festinate et adducite eum ad me.

14. Cùmque amplexatus recidisset in collum Benjamin fratris sui, flevit; illo quoque similiter fente super collum ejus.

15. Oculatusque est Joseph omnes fratres suos, et pioravit super singulos; post quæ ausi sunt loqui ad eum.

16. Auditumque est, et celebri sermone vulgatum in aolâ regis : Venerunt fratres Joseph ; et gavisus est Pharao atque omnis familia ejus.

17. Dixitque ad Joseph ut imperaret fratribus suis, dicens : Onserantes jumenta, ite in terram Chanaan.

18. Et tollite inde patrem vestrum et cognationem, et venite ad me : et ego dabo vobis omnia bona Ægypti, ut comedatis medullam terræ.

19. Præcipe etiam ut tollant plaustra de terrâ Ægypti, ad subvectionem parvulorum suorum ac conjugum ; et dicit : Tollite patrem vestrum, et prope- rante quantocius venientes.

20. Nec dimittatis quidquam de suppellectili vestrà, quia omnes opes Ægypti vestræ erunt.

21. Feceruntque filii Israel ut eis mandatum fuerat. Quibus dedit Joseph plaustra, secundum Pharaonis imperium, et cibaria in itinere.

22. Singulis quoque proferri jussit binas stolas : Benjamin verò dedit trecentos argenteos cum quinque stolis optimis.

23. Tantumdem pecuniæ et vestium mittens patri suo, addens et asinos decem, qui subveherent ex omnibus divitiis Ægypti, et totidem asinos triticum in itinere panesque portantes.

24. Dimisit ergo fratres suos, et proficiscentibus, ait : Ne irascamini in viâ.

25. Qui ascendentes ex Ægypto venerunt in terram Chanaan ad patrem suum Jacob.

26. Et nuntiaverunt ei, dicentes : Joseph filius tuus vivit, et ipse dominatur in omni terrâ Ægypti. Quo audito Jacob, quasi de gravi somno evigilans, tamen non credebat eis.

27. Illi è contra referebant omnem ordinem rei. Cùmque vidisset plaustra et universa quæ miserat, revixit spiritus ejus,

28. Et ait : Sufficit mihi, si adhuc Joseph filius

troubles donc point de ce que vous venez fait à mon égard.

9. Mais hâtez-vous d'aller trouver mon père, et dites-lui : Voici ce que vous mande votre fils Joseph : Dieu m'a rendu comme le maître de toute l'Égypte; venez me trouver, et ne différez point.

10. Vous demeurerez dans la terre de Gessen, vous serez près de moi, vous et vos enfants, et les enfants de vos enfants, vos brebis, vos troupeaux de bœufs, et tout ce que vous possédez.

11. Et je vous nourrirai là, parce qu'il reste encore cinq années de famine, de peur qu'autrement vous ne périésiez avec toute votre famille et tout ce qui est à vous.

12. Vous voyez de vos yeux, vous et mon frère Benjamin, que c'est moi-même qui vous parle de ma propre bouche.

13. Annoncez à mon père quelle est la gloire dont je suis ici comblé, et tout ce que vous avez vu dans l'Égypte; hâtez-vous de me l'amener.

14. Et s'étant jeté au cou de Benjamin son frère, pour l'embrasser, il pleura; et Benjamin pleura aussi en le tenant embrassé.

15. Joseph embrassa aussi tous ses frères, il pleura sur chacun d'eux; et après cela, ils se rassurèrent pour lui parler.

16. Aussitôt il se répandit un grand bruit dans toute la cour du roi, et on dit publiquement que les frères de Joseph étaient venus. Pharaon s'en réjouit avec toute sa maison.

17. Et il dit à Joseph qu'il donnât cet ordre à ses frères : Chargez vos ânes de blé, et retournez en Chanaan;

18. Amenez de là votre père avec toute votre famille; et venez me trouver; je vous donnerai tous les biens de l'Égypte, et vous serez nourris de ce qu'il y a de meilleur dans cette terre.

19. Ordonnez-leur aussi d'emmener des chariots de l'Égypte, pour faire venir leurs femmes avec leurs petits enfants, et dites-leur : Amenez votre père, et hâtez-vous de revenir le plus tôt que vous pourrez.

20. Sans rien laisser de ce qui est dans votre maison, et en abandonnant ainsi votre pays, ne craignez pas de manquer de rien en celui-ci, parce que toutes les richesses de l'Égypte seront à vous.

21. Les enfants d'Israël firent ce qui leur avait été ordonné. Et Joseph leur fit donner des chariots, selon l'ordre qu'il en avait reçu de Pharaon, et ils vivrés pour le chemin.

22. Il envoya aussi que l'on donnât deux robes à chacun de ses frères; mais il en donna cinq des plus belles à Benjamin, et trois cents pièces d'argent.

23. Il envoya autant d'argent et de robes pour son père, avec dix ânes chargés de tout ce qu'il y avait de plus précieux dans l'Égypte, et autant d'ânes qui portaient du blé et du pain pour le chemin.

24. Il renvoya donc ainsi ses frères, et leur dit en partant : Ne vous mettez point en colère les uns contre les autres pendant le chemin, mais allez-vous-en en paix.

25. Ils vinrent donc de l'Égypte au pays de Chanaan, vers Jacob leur père.

26. Et ils lui dirent cette grande nouvelle : Votre fils Joseph est vivant et commande dans toute la terre d'Égypte. Ce que Jacob ayant entendu, il se réveilla comme d'un profond sommeil, et cependant il ne pouvait croire ce qu'ils lui disaient.

27. Ses enfants insistaient au contraire, en lui rapportant comment toute la chose s'était passée. Enfin, ayant vu les chariots et tout ce que Joseph lui envoyait, il reprit ses esprits,

28. Et il dit : Je n'ai plus rien à souhaiter, puisque

meus vivit; vadam et videbo illum antequam moriar.

## COMMENTARIUM.

VERS. 5. — EGO SUM JOSEPH. Hæc vox inopina, quasi fulmen, ait Rupertus, percussit fratres eosque athenos, cingens et quasi amentes reddidit : à formidabili enim potentâ Josephi, sceleri suo non nisi mortem meritam expectabant.

Allegor. S. Ambros. lib. de Joseph. cap. 12 : *Quid, inquit, aliud tunc clamavit nisi : Ego sum Jesus, cum Pilato diceret : « Tu dicis, quia rex sum. » Accedite ad me; quia ego ad vos appropinquavi, ut per carnis susceptionem facerem me vestre consortem naturæ. Et multo magis cum post resurrectionem et se discipulis ostendit, dicens : Nolite timere, ego sum. Data est mihi omnis potestas in celo et in terrâ. Hæc S. Ambr. Vide et Hugonem Cardinalem.*

Nota hic charitatem Josephi qui usque ad mortem læsus ultus est suam injuriam tum oblivione et silentio; tum blanditiis, amplexibus, osculis, lacrymis et suspiriis; tum beneficiâ fratrum perpetuâque alimonia. *Oculabatur ergo singulos, et per singulos flebat, et irriguis lacrymis pœnitentium colla perfundebat, itaque odium fratrum charitatis lacrymis atquebat, inquit S. Aug. serm. 85 de Tempore. Discite à Josepho efficacissimum philturum esse : Ut amaris, ana. Verè S. Chrysostomus homil. 15 ad populum : Vis laudari? lauda alium. Vis amari? ama. Vis paribus primis potiri? cede illis prius alteri.*

Hoc philturum suis Constantinopolitans catholicis inculcavit S. Gregorius Nazianzenus : dum enim ipsi ab Ariarianis, sub Valente, Ariano imperatore, vexati, oppressi, eo mortuo, sub Theodosio orthodoxo imper. par pari eis reddere eosque paribus molestiis afflicere cogitarent, hæc ad eos dixit Nazianz. : *Non hæc, mi greg, à nobis poscit Christus, neque sic Evangelium nos docet. Opportunitas modo nobis offertur convertendi eos qui per errorem seducti sunt. Agnoscant edocti delicta sua, proclant coram Domino, impietatem confiteantur, gregi nostro se immisceant. Hæc mea sit ultio, ut qui nos affecerunt injuriis, salutem consequantur, ac proficiantur esse præclara, quæ pridem persequuntur. Mites animis estote, filii. Cujus animus lenis ac tolerans est, is prudentia valet. Præstate illis beneficia qui vos odio prosequuntur, ac prorsus eis delicta remittite. Quod si animus vehementer exarsit, neque coerceri se ira patitur, quod ab hoc alterum est præstate, ut hæc Christo permittitis ac futuro tribunali reservetis. « Mea enim est ultio, ego rependam, » ait Dominus. His dictis populum placavit, et in suam sententiam pertraxit, uti narrat Gregorius presbyter in vitâ Greg. Nazianz. Ita S. Martinus Britionem presbyterum, summ calumniatorem, voluit officio privare, dicens : *Si Christus passus est Judam, cur ego non patiar Britionem? testis est Severus Sulpitius dialogo 5.**

Hoc philtro martyres sæpè suos carnifices converterunt, dum eos à Deo punitos suis precibus sanitati restituerunt, ut patet ex vitâ S. Agnetis resuscitantis

mon filis Joseph vitæ encore; j'irai et je le verrai avant que je meure.

## COMMENTARIUM.

præfecti filium se invadentem; ex vitâ S. Joannis et Pauli, qui Terentiani præfecti filium à demone liberarunt; ex vitâ P. Laurentii et Pergentii, qui carnifices ubi obrigentes, orando vigili restituerunt; ex vitâ S. Sabini, qui Venustianum præsidem oculorum dolore percussum, sanavit; ex vitâ S. Polomiæna, S. Christianæ, S. Anatolie, S. Eugeniz, Dariz et aliorum plurimorum.

Nota secundò cum S. Chrysos. : Joseph hic peccatum fratrum elevat, non per fatum aut Homeriam Aren, id est, deam, quæ mala et noxia inferre credita est à gentilibus, sed per providentiam Dei, qui scelus eorum ordinavit in gloriam Josephi et ipsorum, publicumque bonum. Unde Joseph consolatur et hortatur eos ne dolent, aut se invicem propter hoc affligant, se non dolente, sed gaudente, unde ait :

VERS. 5. — MISIT ME DEUS, q. d. : Deus per vestrum scelus, quo me vendidistis, misit et direxit me huc, ut vestre aliorumque fami prospicerem; quare non tam damnanda est vestra in me iniquitas quam divinæ sapientie providentia et misericordia prædicanda. Ita S. Chrysost.

VERS. 6. — NEC ARABI POTERIT, nisi tantum in paucis agris Nilo adjacentibus; ceteri enim steriles erunt, quia Nilus, qui Ægypto est instar pluviz, more suo non exundabit, nec fecundabit agros.

BIENNIIUM EST ENIM. Hinc patet hæc gesta esse, fratresque et patrem Jacobum in Ægyptum descendisse anno 2 sterilitatis; ceteri enim steriles erunt, anno, Joseph vero 59; nam anno ætatis 50 Joseph evectus est ad principatum : successerunt deinde 7 anni fertilitatis et duo sterilitatis, erat ergo ipse hoc secundo anno sterilitatis 59 annorum, ac consequenter natus est ipse anno Jacobi 91; tolle enim 59 à 150, habebis 91, ut dixi superius. Hæc est basis et nodus chronologie hujus ætatis : unde sæpè repetenda.

VERS. 8. — NON VESTRO CONSIDIO, SED DEI VOLUNTATE HOC MISSUS SEM. *Voluntate, scilicet præfinito exaltationem meam, meique venditionem tantum permitte, ut per eam exaltarer. Ita Suarez et alii passim; unde non dicit : Vos misistis me, quia vos mittendo peccastis; sed : Missus sum, quia Deus est auctor passionis æquæ ac patientiæ meæ, quia vestrum scelus subii et toleravi; non autem est auctor actionis vestræ, hæc enim fuit peccatum. Sic de Christo ait Petrus Act. 2, v. 23 : Hunc definitio consilio, et præsentia Dei tradidit, per manus iniquorum affligentes interemisistis. Deceverat enim Deus passionem Christi, non autem crucifixionem Judæorum. Nam, ut aiunt theologi, actio (Judæorum) displicuit, passio (Christi) grata fuit Deo.*

QUI FECIT ME QUASI PATREM PHARAONEM. Patrem, id est, rectorem, consiliarium, moderatorem. Joseph enim ita res omnes Pharaonis suo consilio ac prudentiâ regelat, ac si ejus fuisset pater; ita Vatablus. Rursum curabat frumentum et annonam toti aulæ, imò

toti regno Pharaonis, ac si totius regni fuisset paterfamilias. Sic Tyri suum consiliarium intimum, puta Hiram, vocat patrem suum, 2 Paralip. 2, v. 15. Et Aman vocatur pater Artaxerxis, Esther 15, 6. Fuit ergo à pater regis, titulus honoris et dignitatis primæ, in aulis regum Tyri, Ægypti et Persidis; sicut apud Hispanos, Italos et Gallos est *æconomus*, quem *Magor-domo* vocant, qui aule annonam aliaque necessaria curat, sicut paterfamilias curat domum suam. Ita Fineda lib. 5 de Salom. pag. 597. Pulchrè S. Chrysost. hom. 64 in personâ Joseph: *Illa inquit, servitus hunc principatum mihi conciliavit: illa venditio in hanc me gloriam eiecit: illa afflictio hujus mihi occasio honoris fuit: illa invidiam hanc mihi claritudinem peperit. Hæc nos non solum audiamus, sed et imitemur, et ita solemur eos qui nos afflictere, non imputantes eis que in nos admiserunt, et omnia magna ferentes benevolentia, sicut ille admirandus.*

VERS. 9. — MANDAT, significat, nuntiat, optat: nec enim Joseph potuit, aut voluit propriè imperare patri suo.

VERS. 11. — NE ET TU PEREAS. Hebraicè est *penitiores, ne depaupereris*, id est, ne inopiâ et inediâ labores, itaque percas. Ita Chald. et Vatabl.

VERS. 18. — MEBULAM TERRÆ. Hebraicè est *adipem terræ*, id est, fruges, et fructus terræ optimos et pinguisimos.

VERS. 22. — BIVAS STOLAS. Hebraicè est, *vestes mutatorias*: ergo ut minimùm bivas, ut scilicet unam subinde cum alterâ commutare possent. Pluralis enim numerus, apud Hebræos, complectitur dualem.

Nota. Vestes mutatoriæ ab Hebræis vocantur pulchrae et præstantes, quales in festis induimus, quando quotidianas viliores cum honestioribus commutamus; unde noster *stolas* vertit.

TRECENTOS ARGENTEOS, trecentos florenos Brabanticos; argenteus enim siclus sive stater valebat et appendebat quatuor regales hispanicos. De quo plura Exodi 50, v. 15.

VERS. 24. — NE IRASCAMINI IN VIA. Hebraicè est,

## CAPUT XLVI.

1. Profectusque Israel cum omnibus que habebat, venit ad puteum Juremanti; et mactatis ibi victimis Deo patris sui Isaac,

2. Audivit eum per visionem noctis vocantem se, et dicentem sibi: Jacob, Jacob. Cui respondit: Ecce adsum.

3. Ait illi Deus: Ego sum fortissimus Deus patris tui; noli timere, descende in Ægyptum, quia in gentem magnam faciam te ibi.

4. Ego descendam tecum illuc, et ego inde adducam te revertentem; Joseph quoque ponet manus suas super oculos tuos.

5. Surrexit autem Jacob à puteo Juremanti; tulerruntque eum filii cum parvulis et uxoribus suis in plaustris que miserat Pharaon ad portandum senem.

6. Et omnia que possederat in terrâ Chanaan: venitque in Ægyptum cum omni semine suo.

*ne irizemini*, scilicet alter in alterum crimen in tuo admissum intorquentes et improperantes. Sicut pauli ante facere coeperat Ruben, dicens: *Nunquid non dixi vobis: Nolite peccare in puerum, et non audistis me? In sanguis ejus exquiratur*, cap. 42, 52. Ita S. Chrysost.

Moralitèr S. Ambros. lib. de Joseph c. 15. *Docet, ait, maxime in viâ fugiendam esse discordiam, ubi ipse viandi comitatus debet esse inviolabilis, et gratia habere consortium.*

VERS. 29. — QUASI DE GRAVI SOMNO EVIGILANS. Attentus et stupens ut nec loqui, nec rem tantam intelligere, aut concipere posset: tales enim sunt qui subito evigilant. Hebraicè est, *cor ejus elanguit*, id est, tantam consolationem accepit, ut præ letitia et admiratione, cor penè deficeret, vitalis spiritus cessaret, itaque quasi in deliquium animi incidere.

VERS. 27. — REVIXIT SPIRITUS EJUS. Instar ignis lusernae, vel oleo deficiente emoriens infuso oleo reviviscit, ait S. Chrysost. Unde ipse ex Septuag. legit: *Reaccensus est senex* (id est, inquit, juvenis *ex senè est factus*) *deserepsit terram spectans*. Pari enim modo Jacob, cujus cor prius tam inopinatè et incredibilis rei, nuntioque lætissimi admiratione elangerat, v. 26. nunc videns plaustra omnemque apparatus sibi à Joseph submissum, ad se rediit, credidit tam lætum de Josepho supersite nuntium, itaque quasi revixit.

Chaldaeus vertit: *Quievit Spiritus sanctus super Jacob patrem ipsorum*; quia, ut explicat Hebræi, Spiritus sanctus non manet in hominibus tristibus, dolentibus, melancholicis, idèoque torpidis et ignavis, sed in alacris, lætis, strennis, expeditis, qualis hic factus est Jacob; ac proinde recepit spiritum propheticum, ut patet cap. sequent. v. 4, quo hactenus mœrens carcerat. Ita ipsi, penes quos sit fides.

VERS. 24. — SUFFICIT MIHI. Hebraicè *multum est mihi*, q. d.: Abundè gaudeo; nuntius hic tam lætus superat vota et spes meas, non est quid amplius quod desiderem, vel optem. *Nunc juvenis ille erexit mentem meam, et fugavit senectutis infirmitatem, et roboravit rationem*, ait S. Chrysost. hom. 65.

## CHAPITRE XLVI.

1. Israël partit donc avec tout ce qu'il avait, et vint aux puits du Jurement; et ayant immolé en ce lieu des victimes au Dieu de son père Isaac,

2. Il entendit dans une vision pendant la nuit qui l'appela, et qui lui disait: Jacob, Jacob. Il lui répondit: Me voici.

3. Et Dieu ajouta: Je suis le Dieu très-puissant de votre père: ne craignez point, allez en Égypte, parce que je vous y rendrai chef d'un grand peuple.

4. J'irai là avec vous, et je vous en ramènerai, lorsque vous en reviendrez en la personne de vos petits-enfants. Joseph aussi vous fermera les yeux de ses mains.

5. Jacob étant donc parti du puits du Jurement, ses enfants l'amènèrent avec ses petits-enfants et leurs femmes dans les chariots que Pharaon avait envoyés pour faire venir ce bon vieillard,

6. Avec tout ce qu'il possédait au pays de Chanaan; et il arriva en Égypte avec toute sa race,

7. Filii ejus, et nepotes, filiae, et cuncta simul progenies.

8. Hæc sunt autem nomina filiorum Israel, qui ingressi sunt in Ægyptum, ipse cum liberis suis. Primo-genitus Ruben.

9. Filii Ruben: Henoeh, et Phallu, et Hesron, et Charmi.

10. Filii Simeon: Jamuel, et Jamin, et Abod, et Jachin, et Sohar, et Saül filius Chanaanitidis.

11. Filii Levi: Gerson, et Caath, et Merari.

12. Filii Juda: Her, et Onan, et Sela, et Phares, et Zara; mortui sunt autem Her et Onan in terrâ Chanaan. Natiq; sunt filii Phares: Hesron et Hamul.

13. Filii Issachar: Thola, et Phua, et Job, et Semron.

14. Filii Zabulon: Sared, et Elon, et Jabeleh.

15. Hi filii Lia quos genuit in Mesopotamiâ Syria; cum Dinâ filiâ suâ: omnes animæ filiorum ejus et filiarum triginta tres.

16. Filii Gad: Saphion, et Haggi, et Suni, et Eschon, et Hæri, et Arodi, et Areli.

17. Filii Aser: Jamne, et Jesua, et Jessui, et Beria, Sara quoque, soror eorum. Filii Beria: Heber et Melchiel.

18. Hi filii Zelphe, quam dedit Laban Liae filiae suae, et hos genuit Jacob sexdecim animas.

19. Filii Rachel uxoris Jacob: Joseph et Benjamin.

20. Natiq; sunt Joseph filii in terrâ Ægypti, quos genuit et Asebeth filia Putiphæ sacerdotis Heliopolis: Manasses et Ephraim.

21. Filii Benjamin: Bela, et Bechor, et Asbel, et Gera, et Naaman, et Echi, et Ros, et Mophin, et Ophim, et Ared.

22. Hi filii Rachel quos genuit Jacob; omnes animæ, quatuordecim.

23. Filii Dan: Husim.

24. Filii Nephthali: Jasiel, et Guni, et Jeser, et Sallem.

25. Hi filii Bala, quam dedit Laban Racheli filiae suae: et nos genuit Jacob; omnes animæ, septem.

26. Cunctæ animæ quae ingressæ sunt cum Jacob in Ægyptum, et egressæ sunt de femore illius, absque uxoribus filiorum ejus, sexaginta sex.

27. Filii autem Joseph, qui nati sunt ei in terrâ Ægypti, animæ duæ. Omnes animæ domus Jacob, quae ingressæ sunt in Ægyptum, fuere septuaginta.

28. Misit autem Judam ante se ad Joseph ut nuntiaret ei, et occurreret in Gessen.

29. Quò cum pervenisset, juncto Joseph curru suo, ascendit obviam patri suo ad eundem locum; vidensque eum, irruit super collum ejus, et inter amplexus flevit.

30. Dixitque pater ad Joseph: Jam lactus moriar, quia vidi faciem tuam, et superstitem te relinquo.

31. At ille locutus est ad fratres suos, et ad omnem domum patris sui: Ascendam, et nuntiabo Pharaoni, dicamque ei: Fratres mei, et domus patris mei, qui erant in terrâ Chanaan, venerunt ad me.

32. Et sunt viri pastores ovium, curamque habent

7. Ses fils, ses petits-fils, ses filles et tout ce qui était né de lui.

8. Or, voici les noms des enfans d'Israël, qui entrèrent dans l'Égypte, lorsqu'il y vint avec toute sa race; ou qui lui naquirent depuis. Son fils aîné était Ruben.

9. Et les fils de Ruben étaient Hénoeh, Phallu, Hesron et Charmi.

10. Les fils de Simeon étaient Jamuel, Jamin, Abod, Jachin, Sohar, et Saül, fils d'une femme de Chanaan.

11. Les fils de Lévi étaient Gerson, Caath et Mé-rari.

12. Les fils de Juda étaient Her, Onan, Sela, Phares et Zara. Her et Onan moururent dans le pays de Chanaan. Les fils de Phares étaient Hesron et Hamul.

13. Les fils d'Issachar, Thola, Phua, Job et Semron.

14. Les fils de Zabulon, Sared, Elon et Jabeleh.

15. Ce sont là les fils de Lia, qu'elle eut en Mésopotamie, qui est en Syrie, avec sa fille Dina. Ses fils et ses filles étaient en tout trente-trois personnes.

16. Les fils de Gad étaient Saphion, Haggi, Suni, Eschon, Hæri, Arodi et Areli.

17. Les fils d'Azer: Jammé, Jésua, Jessui, Bèria, et Sara leur sœur. Les fils de Bèria étaient Héber et Melchiel.

18. Ce sont là les fils de Zelphe, que Laban avait donnée à Lia sa fille, qui étaient aussi fils de Jacob, et qui faisaient seize personnes.

19. Les fils de Rachel, femme de Jacob étaient Joseph et Benjamin.

20. Joseph étant en Égypte eut deux fils de sa femme Asebeth, fille de Putiphar, prêtre d'Héliopolis, qui se nommèrent Manassé et Ephraïm.

21. Les fils de Benjamin, dont plusieurs naquirent en Égypte, furent Bela, Béchor, Asbel, Géra, Naaman, Echi, Ros, Mophim, Ophim et Ared.

22. Ce sont là les fils que Jacob eut de Rachel, qui sont en tout quatorze personnes.

23. Dan n'eut qu'un fils, qui se nomma Husim.

24. Des fils de Nephthali étaient Jasiel, Guni, Joël et Sallem.

25. Ce sont là les fils de Bala, que Laban avait donnée à Rachel sa fille, qui étaient aussi fils de Jacob, et qui faisaient en tout sept personnes.

26. Tous ceux qui vinrent en Égypte avec Jacob, et qui étaient sortis de lui, sans compter les femmes de ses fils, étaient en tout soixante-six personnes.

27. Il faut y joindre Jacob, les deux enfans de Joseph, qui lui étaient nés en Égypte, et Joseph lui-même. Ainsi, toutes les personnes de la maison de Jacob qui vinrent en Égypte, furent au nombre de soixante-dix.

28. Or, Jacob envoya Juda devant lui vers Joseph, pour l'avertir de sa venue, afin qu'il vint au devant de lui en la terre de Gessen.

29. Quand Jacob y fut arrivé, Joseph fit mettre les chevaux à son chariot, et vint au même lieu au devant de son père; et le voyant il se jeta à son cou et l'embrassa en pleurant.

30. Jacob dit à Joseph: Je mourrai maintenant avec vous, puisque j'ai vu votre visage et que je vous laisse après moi.

31. Joseph dit à ses frères et à toute la maison de son père: Je m'en vais dire à Pharaon que mes frères et tous ceux de la maison de mon père sont venus me trouver de la terre de Chanaan, où ils étaient; et qu'ils ont amené

32. Que ce sont des pasteurs de brebis, qui s'occupent à nourrir des troupeaux, et qu'ils ont amené

alendorum gregum; pecora sua, et armenta, et omnia quæ habere poterunt, adduxerunt secum.

53. Cùmque vocaverit vos et dixerit: Quod est opus vestrum?

54. Respondebitis: Viri pastores sumus servi tui, ab infantia nostrâ usque in præsens, et nos et patres nostri. Hæc autem dicetis, ut habitare possitis in terrâ Gessen: quia detestantur Ægyptii omnes pastores ovium.

## COMMENTARIUM.

VERS. 4. — AD PUTEUM JURAMENTI. In Bersabee, ut habent Hebræa; Bersabee enim hebraicè significat puteum juramenti, uti dixi c. 21, v. 51.

VERS. 5. — NOLI TIMERE. Poterat Jacob timere iter in Ægyptum: primò, ob incommoda tam longi itineris, neve ipse utpote senex, in viâ moretetur antequam Josephum cerneret. Secundo, ne sui Ægyptiorum vitia imberberent. Tertio, ne in Ægypto sedes figerent sui posteri quibus à Deo promissa erat Chanaanæ, itaque Dei promissa irritarent, Deumque offenderent. Unde hunc metum eximit ei Deus v. 4. Nona ergo fuit hæc tribulatio Jacobi, sed quam Deus de more, mox suâ apparitione et consolatione dispulit.

VERS. 4. — EGO DESCENDAM TECUM. Ego tibi viâ comes, imò dux ero, ducam te tuosque in Ægyptum; indeque suo tempore reducam, te mortuum, tuos verò posteros vivos. Piè S. Ambros. lib. 2 de Jacob cap. 9. *Quid igitur, inquit, ei deerat cui Deus aderat? Quis tam potens in suo domicilio quàm iste in alieno? Quis tam abundans in ubertate quàm iste in fame? Quis tam fortis in juventute quàm iste in senectute (in eo enim, ut idem ait cap. 8, certant impigra vivacitas juvenutis, et tranquillitas senectutis). Quis tam astutus in negotio quàm iste in otio? Quis tam velox in curriculo quàm iste in lectulo? Quis tam letus in flore adolescentiæ quàm iste in mortis confinio? Quis tam dives in regno quàm iste in peregrino loco? Denique reges benedicebat. Et quis pauperem dical cuius conversatione dignus orbis terrarum non fuit? et idè conversatio ejus erat in calo. Et quid beatius quàm Deum ipsum habere comitem itineris? ait S. Chrysostomus hom. 65.*

JOSEPH QUOQUE PONET MANUS SUAS SUPER OCULOS PATRIS, q. d.: Joseph tibi morientis oculos claudet, ac consequenter relinquit illic Joseph supersitem. Hinc patet prisces Hebræorum mos, quo charissimi charissimis suis morientibus oculos claudelant. Idipsum postea imitati sunt Græci et Romani. Unde queritur Euryali mater apud Virgil. *Æneidos* 9:

*Nec te, tua funera, mater*

*Produat, pressite oculos, ut vulnera laeti.*

Illud quoque rogat deos Penelope scribens ad Ulysses, ut Telemachus filius utriusque parentis oculos clauderet; sic enim ait apud Ovid.

*Di, precor, hos jubeant, ut cunctibus ordine satis,*

*Ille meos oculos comprimat, ille tuos.*

VERS. 7. — FILIÆ. Jacob unicam habebat filiam, Dinam: filias ergo hic vocat, tum Dinam, tum nurus suas, puta uxores filiorum suorum.

avec eux leurs brebis, leurs bœufs, et tout ce qu'ils pouvaient avoir.

53. Et lorsque Pharaon vous fera venir et vous demandera: Quelle est votre occupation?

54. Vous lui répondrez: Vos serviteurs sont pasteurs depuis leur enfance jusqu'à présent, et nos pères l'ont toujours été comme nous. Vous direz ceci pour pouvoir demeurer dans la terre de Gessen, qui est abondante en pâturages, et pour n'avoir aucun commerce avec les Égyptiens, parce que les Égyptiens ont en abomination tous les pasteurs de brebis, à cause qu'ils mangent ces bêtes, que les Égyptiens adorent comme des dieux.

## COMMENTARIUM.

VERS. 8. — QUI INGRESSI SUNT IN ÆGYPTUM. Vel pedibus suis, vel pedibus parentum, in quibus adhuc latebat. Nominè enim ingressis hic continetur omne tempus quod ab ingressu Jacobi usque ad mortem Josephi decurrit, uti jam patebit.

IRSE (scilicet Jacob) CUM LIBERIS SEIS. Supple, descendit in Ægyptum. Ita Hebræa.

VERS. 12. — HESRON ET HANUL. Ili nati sunt postea in Ægypto, ut patet ex dictis cap. 58; dicuntur tamen cum Jacob in Ægyptum descendisse, non in suâ personâ, sed in lumbis Phares patris sui, in quibus adhuc latebat. Nam, ut rectè annotavit S. Augustinus, descensus hic et ingressus Jacobi in Ægyptum complectitur quoque annos 17 vite ejus in Ægypto; imò et annos reliquos vite Josephi, puta 71, quia vocante et procurante Josepho, descendit Jacob in Ægyptum.

Nota. Præ filiis Zaræ numerantur hic filii Phares, quia ex Phares et Hesron descendebant reges Juda, et Christus Dominus.

OMNES ANIMÆ FILIORUM EJUS. Anima, id est, nati, geniti, puta filii et nepotes: nam Hesron et Hanul erant nepotes, non filii Jacobi; est synecdoche.

VERS. 15. — TRIGINTA TRES. Computatâ et ipsâ Liâ, aut potius ipso Jacob cum suis filiis et filiâ Dinâ. Liâ enim non videtur ingressa in Ægyptum, sed ante fuisse mortua: sepulta est enim in Hebron, ut patet c. 49, v. 51. Ab hoc numero rejiciuntur Her et Onan, utpote mortui.

VERS. 21. — FILII BENIAMIN. Numerantur hic decem filii Benjamin, ex quibus aliquos ipse postea genuit in Ægypto; nam hoc tempore quo descendit in Ægyptum, Benjamin erat tantum 24 annorum, unde non poterat tot genuisse filios. Rursùm non omnes hi fuere filii, sed aliqui nepotes Benjamin; nam expressè Septuag. habent: *Gera autem genuit Arad. Arad ergo non fuit filius, sed nepos Benjamin, ex filio Gera.*

Ros. Theodoret. et Procopius putant à Ros Romanos descendere et nominari; sed errant: nam Romani à Romulo nomen et originem acceperunt.

ARAD. Ab hoc descendunt Aradii, inquit Procopius. Verùm verius est Aradios descendere ab Aradio filio Chanaan, uti dixi cap. 10, v. 18. Aradii enim fuerunt Chanaanæ, non Judæi, æquè ac Sidonii, Tyrii Byblii aliique Aradii vicini.

VERS. 26. — CUNCTÆ ANIMÆ. Cuncti homines, omnes proles, est synecdoche. Sic homines viles voca-

mus viles animas: è contrario Lucanus fortes animas vocat viros strenuos in bello cresos, cum ait:

*Vos quoque qui fortes animas, belloque peremptas.*

loc nota, ne quis ex hoc loco colligat animas hominum, æquè ac brutorum, nasci ex traduce, puta ex semine et animâ parentum, cum fides doceat animam hominâ à solo Deo creari et infundi homini: idèbque immortalis est, uti dixi c. 37, 53.

EGRESSÆ SUNT DE FEMORE. Puta de genitalibus, quæ sunt inter femora; est metonymia. Secundo, propriè de femore, quia, ut ait Francis. Valesius Sacre Philosoph. c. 15, verè in femore sunt tres venæ seminales, quæ ortæ ex lumborum venis, antequàm in crura descendant, viris per femora in scrotum, mulieribus in uterum recurrunt, et fecundiorè seminis partem subministrant; atque inde Numer. 5, v. 21, in maledictione adulteræ, dicitur: *Utero tumescite putrescat femur tuum, q. d.: Femore quo abusa es puniaris, ut femur quo luxuriata es putrescat, utque sterilitate et putredine plectaris, que filios quesivisti ex adulterio.*

SEXAGINTA SEX. In hoc numero non continetur Jacob, utpote parens omnium, nec Joseph et filii ejus, utpote qui jam erant in Ægypto.

VERS. 27. — SEPTUAGINTA. Hic annumeres oportet ipsum Jacobum et Josephum cum duobus ejus filiis: sic enim reperies septuaginta.

Dices: Quomodo ergo Septuag. et ex eis S. Lucas Actor. 7, v. 14 numerant 73?

Respondeo, ipsi addunt et annumerant Josepho Manassis filium Machir, et nepotem Galaad. Rursùm Ephraim filios, Sutaalam et Jaam, ac nepotem Edem, qui fuit filius Sutaalam; his enim additis sunt 75: hi autem adduntur, quia hi nati sunt vivente adhuc Josepho avo, ut patet Genes. 50, v. 22. Nam descensus hic et ingressus Jacobi in Ægyptum, extendit se usque ad mortem Jacobi et Josephi, uti dixi v. 8. Ita S. August. lib. 16 Civit. c. 40.

Quæres cur hi potius nepotes Josephi quàm aliorum fratrum in hoc catalogo numerentur?

Respondet primò S. August. quia Joseph fuit causa descensus Jacobi et fratrum in Ægyptum.

Secundo, sicut Moses computat nepotes Judæ, sic Septuag. computant nepotes Josephi, quia hi duo successerunt in primogenituram Rubeni: unde horum posteri obtinuerunt regnum Juda et regnum Israel. Ex Joseph enim, puta ex Ephraim, orti sunt reges Israel, ex Judâ reges Juda.

Tertiò, quia Joseph princeps fuit fratrum, imò princeps Ægypti.

Quartò, quia Jacob filios Josephi in suos filios adoptavit, uti vidimus c. 48. Porrò numerat hic stirpem Jacob, ut ostendat quàm illa in Ægypto creverit, quàm CAPUT XLVII.

1. Ingressus ergo Joseph nuntiavit Pharaoni, dicens: Pater meus et fratres, oves eorum et armenta, et cuncta quæ possident, venerunt de terrâ Chanaan; et ecce consistunt in terrâ Gessen.

que impleta sit Dei promissio, *In gentem magnam faciam te tibi, v. 5.* Nam in Ægyptum ingressi sunt tantum 70 cum Jacob, egressi vero cum Mose sexcenta ferè milia pedum, absque parvulis et mulieribus. Exodi 12, 37. Ita S. Chrys.

VERS. 51. — PASTORES SUMUS. Nota Josephi modestiam, prudentiam, simplicitatem. Modestiam, quia in aula Pharaonis scribi cupiit se esse fratrem pastorum. Prudentiam, quia fratres in aula habere non satagit, ne aulicorum moribus corrumpantur. Simplicitatem, quia fratres ad status non evehit, sed in arte pastoriliâ, quam callebat, conservat. Longè aliter faciunt hodiè qui cum humillimi generis sint, tamen nobiles videri volunt; quique ad status erecti suos pariter, licet ineptos, evehunt, cum suo, familiæ et reip. damno, dedecore, periculo.

Solos ergo in Gessen fratres suos habitare voluit Joseph: tum ut ab Ægyptiorum commercio et vitiiis essent sejuncti; tum ut inde faciliùs ex Ægypto egrederet, et duce Mose, in Chanaan regredi posset.

Similis Josepho hæc parte fuit Phocion, qui cum à rege Philippo munera magna pecunie repudiaret, legatigique hortaretur accipere, saltem ut liberis suis prospiceret, quibus difficile esset in summâ paupertate paternam tueri gloriam, respondit: *Si me similes erunt, idem hic agellus illos alet, qui me ad hanc dignitatem perduxit: sin dissimiles sunt futuri, nolo meis impensis illorum aut avergere luxuriam, uti narrat Probus in ejus vita. Idem, minus offerente Menyllo Antipatri prefecto, respondit: Alexandri magni munera recusavi; Antipater non est præstantior Alexandro. Instanti Menyllo, ut saltem pro Phoco filio ea caperet, respondit: Phoco, si mutata vitâ ad frugem rediret, sufficere patrimonium, nam ut nunc se gerit, nihil ei satis est.*

Similior et illustrior fuit Theodosius Imp., qui cum ad scholam venisset, Arcadiumque et Honorium filios, magnificè sedentes, Arsenium verò præceptorem stantem viderisset, illos insignibus principum nudavit addiditque: si tales se præberent ut mores ad disciplinam Dei que leges componerent, propensum se fore, ut cis imperium traderet ad reip. commodum: sin minus, condicibilis esse dixit ut sic privati vitam exigerent quam doctrinâ nullâ, cum periculo imperarent. Testis est Nicephorus lib. 11 Hist. c. 25.

DETESTANTUR ÆGYPTI OMNES PASTORES, OVIMUM. Quia pastores solent occidere et comedere carnes suarum ovium et pecudum, quæ Ægyptii pro diis colebant, ut patet Exodi 8, v. 26. Alebant tamen Ægyptii oves et boves, ut patet c. seq. v. 1, non ad esum, sed primò ad lanam et lac; secundo, ad suam oblectationem; tertio, ad stercoreationem agrorum; quartò, ut aliis gentibus eas dividerent.

## CHAPITRE XLVII.

1. Joseph étant donc allé trouver Pharaon, lui dit: Mon père et mes frères sont venus du pays de Chanaan avec leurs brebis, leurs troupeaux et tout ce qu'ils possèdent, et ils se sont arrêtés en la terre de Gessen